



Caja
A-44

~~8-1-7-9~~ ~~7-7~~

201
337

BREVIS RESOLVTIO. D.

eorum, quę latus differuntur, in controuersia

P. Antonij de Padilla, Et in tractatu P. Frã

cisci. Suarez. de concursu et efficaci auxi

lio Dei ad actus liberi arbitry necessa

rio, circa quod fere tota, controuersia in

U. eo sita est. D.

An scilicet auxilium efficax consistat in aliqua motione
praua, quę sola sua ui et natura, Physica prædeterminet
Voluntatem Humanam.

Cum Superiorum Jussu, de quæstione proposita sen
tentiam, quam ueram, censemus, confirmaturi ac declaraturi
essemus, diu multumq; cogitauimus, an breui compendio,
vel proluxa disputatione id facere expediret, memores illius
sententię Agul. Laborant homines indiscendo, et breuiã
non ualent intelligere et proluxa non amant legere. Namq;

inter homines etiã doctissimos quidam rerum multitudine,
et integra atq; exacta disputatione delectant, alij breuitatem
et concisum dicendi modum exoptant. quamobrem, ut omni
bus, quod in nobis esset, satis faceremus, utrumq; scribendi
genus in hac re his temporib; grauissima complexi sumus.
Prius enim alter ex nobis copiosam disputationem qua draginta
tribus sectionibus, distributam, alter uero integrum opus qua
tor libris digestum confeci, in quib; opusculis omnia quę
ad huius causę perfectam intelligentiam et examinationem
conferre poterant omni diligentia congerita sunt. Deinde
quoniam non nullis fortasse molestem esset fusiora hæc scripta

integra per legere, alijs uero ob grauiotes occupationes mi-
 nimè id liceret, de creuimus hac breui summa, totius contro-
 uersia punctum attingere, ac comprehendere. Quae in quator
 breues partes diuidit, in prima sensus quaestionis aperitur, in
 secunda quorundam Theologorum noua sententia proponitur,
 in tertia, causas et rationes, ob quas illa doctrina nobis uehe-
 menter displicet, referimus; in quarta, sententiam nostram
 de claramus, et confirmamus, et obiter responsiones ad ea, quae
 contra illam obijci possunt, insinuamus et diluimus. Quia
 uero lectori interdum gratum erit, aut ea quae breuiter attinguntur,
 futuris tractata, per legere aut ea quae ex auctoribus
 referuntur, proprijs fontibus haurire, hanc diligentiam
 adhibuimus, ut semper in margine utraq; loca indicarent

Q. V. A. E. S. T. I. O. N. I. S. D.

S. E. N. S. U. S. D.

Status huius contro-
 uersiae satis proponit
 a. P. Ant. de
 Dadiua disput. de
 efficac. grat. sect.

. 1.

Iratamus copiose de
 his auxilijs lib. 3.
 per sex prima
 capita et indisput.
 Sect. 3. 4. 35

Prinicipio quaestionis sensus et punctus hoc modo declarat.
 Conuenimus omnes, inter quos haec controuersia uersat, homi-
 nes indigere diuino auxilio supernaturali et gratuito, tam ex-
 citanti quam adiuuante, ad opera supernaturalia praestan-
 da: Rursus omnes dicemus, haec auxilia in multis homi-
 nib; esse uere ac pprie sufficientia, etiam si in eis non ha-
 beant effectum: quae idcirco dici solent in efficaciam quoad
 effectum, id est, non actu operantia etiam si ex se sint po-
 tentia ad talem effectum. In alijs uero hominibus sunt haec
 auxilia efficaciam: satis enim per se constat, plures homines
 his diuinis auxilijs praeparatos, et adiutos, conuerti, credere,
 et poenitere, aliosq; supernaturalis actus operari: atq; adeo
 habere.

habere auxilia, non tantum sufficientia, sed etiam effica-
cia, id est actu efficientia illa opera propter quae talia au-
xilia conferuntur. Punctus ergo controuersie est, quid
addat hoc auxilium efficax supra auxilium sufficiente,
aut cur in uno habeat actualem efficientiam, & non in alio.

Prior sententia D.

Prior sententia, quam non nulli Theologi defendunt in hoc
consistit: auxilium efficax, ultra id totum, quod includit
auxilium sufficiente addere quoddam aliud auxilium Dei,
distinctum ab ipso actu libero quo voluntas consentit uoca-
tioni Dei, et est causa eius, et prius natura quam ille.

3.

Summ. ex Medo-
na, 1, 2, q. 109, art.
10, infra

Bancr. 1. p. q.
23, art. 3. pro
sertim cap. 10. et
in solut. arg. et
q. 14. art. 3.
dub. 3. proter
im in solut. ad. i.

De quo auxilio haec docent: primum a solo Deo fieri, vo-
luntatemque ad illud recipiendum solum passiuè se habere,
quia non est actus eius, sed quoddam actiuum principium
ipsius actus seu consensus voluntatis.

4

Cumcl 1. p. q.
23 art. 3.
prosertim 12
q. 3. art. 3
desput 2. et se-
quenter in his
libris

L. Nullum hominem, siue, cum primo conuertat
ad Deum, siue cum per habitus infusus operat, posse actus
humanos super naturales exercere sine hoc auxilio quia
repuonat super naturaliter agere sine auxilio efficaci Dei.

5

3. Nullum, qui hoc auxilium recipit, non operari,
seu, non conuerti, aut non consentire, non ex aliqua praes-
cientia Dei, sed quia illud auxilium talis est naturae, et
talem modum actualitatis habet, ut potenter et infallibiliter
faciat voluntatem secum operari et consentire, quamuis
ita suauiter, ut voluntas libere consentiat.

6.

4. per hoc auxilium formaliter determinari volun-
tatem ad unum actum, et ad exercitium eius, quia vo-
luntas, qua ea se erat indifferentis ad eliciendum, uel

7

non eliciendum talem actum, vel etiam ad eliciendum ali-
um, affecta hoc auxilio, formalit' determinata manet
ad cooperandum illi, ita ut non esset, habere tale auxi-
lium et non cooperari illi, vel aliquid illi repugnans ope-
rari, ~

5. voluntatem, prius naturâ, quam se determinet ad . 8.
suum actum præstandum effectivè, prædeterminari
physicè a solo Deo, ipsa voluntate solum passive se ha-
bente quo ad hanc prædeterminationem, quæ est quasi
in actu primo. Nam actualis operatio seu actus secundus
volendi non est in voluntate, etiâ ex horum autorum
sententiâ absq' eius cooperatione, et vitâ libera: est
enim apertus error oppositum asserere, sed eorum sensus
est, inter voluntatem ipsam ex se omnino indifferentem,
et existentem in actu primo quasi remoto, et ipsum actum
volendi, qui est secundus et ultimus actus, intercedere
quandam determinationem in actu primo quam solus
Deus facit involuntate, infundendo illi prædictum au-
xilium. ~

6. Huic auxilio attribuunt omnia, quæ vel scriptura
sacra, vel Concilia, vel sancti patres, præsertim Augustinus,
dicunt de diuina gratiâ in nobis operante, ut volumus fa-
ciamus & consentiamus, & de Deo, quod ipse sit qui in
nobis operatur velle et perficere, qui discernit iustum ab
iniusto qui miseretur cuius vult, quia non est volentis neq'
currentis, sed Dei miserentis et similia ~

7. Hinc consequenter aiunt, hoc auxilium dari . 10.
vel negari, ex sola diuina voluntate; nam cuius vult mi-
seretur, et quem vult indurat. Ex quo infertur, quod si
Deus.

Banes 1 p. 423.
art. 3 dub. 3 post
concl. 10

Deus non de creuit dare, non est impotestate hominis ha-
bere illud, cum à solo Deo possit conferri, et nulla possit
in homine excogitari dispositio libera, perquam sit in-
potestate eius tale auxilium à Deo obtinere. quia, vel
illa dispositio futura esset ex solis viribus natura; et ita
discretio operantis, seu habentis, et non habentis auxilium
efficax oriretur ex solo bono usu naturali Liberi arbitrij
etiam ex parte eius qui opat, et habet auxilium efficax, quod
est Pelagianum: vel illa dispositio esset ex alia priori gratia,
et illam etiam solus Deus faciet in homine, cum sit pri-
or omni consensu libero & supernati, imo et auxilio effi-
caci ad illud necessario: ergo illa gratia non erit impo-
testate hominis cum ad talem gratiam non possit alia
dispositio requiri, ne procedat in infinitum, et de uoluamur
semper in eandem difficultatem: ergo simpliciter totum au-
xilium efficax, quatenus ab illa priori gratia pendet, non
erit impotestate hominis. Itaque iuxta hanc sententiam dis-
tributio huius auxiliij in sola libera Dei voluntate ponen-
da est, qui dat illud cui vult, et cui vult negat, nulla alia
expectata, vel spectata ratione ex parte hominis. Et ita
intrepidè docent, quia in ea doctrina consequenter loquuntur.
et in hoc auxilio constituent totum negotium prædestina-
tionis hominum.

SI

Quid sit hoc auxilium non satis declarant, diuisi
enim sunt: ad duos tamen modos reducuntur omnia quæ
dicunt vnus est, hoc auxilium esse qualitatem quandam,
vel materiam seu entitatem quasi fluentem & actualem,
quæ non est habitus, quia non est permanens, cessante actu,
neq; etiam illa utimur, cum volumus, sed potius illa ve-
luti utitur voluntate nostra, et perdat illam infallibilit

II.

partim ex dictis
aut horis partim
ex aliorum doctrina
et traditio manu
scripta vel discipu-
lis tradita

ad consensum, et necessario, necessitatis suppositionis, id est, talis entitatis. Nec etiam est actus vitalis, quia non fit ab ipsa voluntate, sed a solo Deo; neque per illam voluntas amat, odit, timet, aut aliquid huiusmodi operatur, sed solo proxime disponit, acriatur, et determinat, ut amet, odio habeat aut metuat, ad quod a Deo movetur.

Alter modus est, hoc auxilium non esse aliquid inhaerens voluntati humanae, sed esse solum actum efficacem et absolute voluntatis divinae, quo efficaciter et potenter premovet et determinat voluntatem humanam ad id, quod vult, sicut homo per suam voluntatem determinat intellectum ad credendum, vel brachium ad motum. Itaque supponit hic modus dicendi, Deum dare homini auxilia inhaerentia praevientia et excitantia per illuminationes, & inspirationes: sed haec tantum esse sufficientia, donec accedat illa voluntas Dei, et suo arbitrio determinet voluntatem humanam sic excitatam, et utat illam tanquam instrumento quodam libero ad consensum praestandum.

17.

B.

Sumit ex Medina
12 q 109 art 2 in
fine —

Bonet. 1. p. 9 14 art
13. q 19 art 10 et
Alij

VL timo sentiunt necessitatem huius auxilij ad aequam et formalem (ut sic dicam) non oriri, vel ex fragilitate quam ob peccatum originale homo contraxit in operando bonum vel actum supernaturalium perfectione, quae vere naturaliter arbitrij humani superat, sed vel ex generali subordinatione, quam voluntas creata habet ad divinam, hoc ipso quod causa creata est, vel ex eo quod humana voluntas, cum differens sit, non est apta ad aliquid volendum, nisi a superiori agente extrinseco prius determinet. At quia hinc inferunt, simile, vel proportionale genus auxilij divini, talis ut motio ad omnes actus voluntatis humanae etiam ad naturales, et quos

Jota haec sententia si
suis declarata est
lib 1. c. 5. lib 2. c.
1. 4 et 5 lib. 3.
cap 7 et in disp. sect
2. n. 6 et sect 44
n. 81

14

gravior

gravius est, valdeq; mirandum) non solum ad bonos
 sed etiam ad malos p[er] materiali (ut aiunt) necessariu[m]
 esse. Solum erit differentia quasi materialis vel in
 ordine & perfectione entium: quia ad actus super
 naturales necesse erit, tale auxilium; si sit homini in
 h[ab]ere esse maioris perfectionis in genere entis: vel si sit
 tantum ipsa voluntas Dei, necessarium erit, quod sit deter
 minata ad actum perfectiorem efficiendum. Quae differen
 tia, servata p[ro]portione, reperitur inter actus ipsos supernatu
 rales, tam inter se quam ad naturales actus comparatos:
 quia ad actum perfectiorem in uno quoq; ordine determi
 nabit Deus voluntatem humanam p[er] aliquam perfectio
 nem motionem, vel p[er] voluntatem suam, ut habentem
 vim & efficaciam perfectioris motionis. Et hoc sensu
 voco hanc differentiam quasi materialem, nam forma
 lis radix, seu ratio necessitatis talis auxilij eadem est
 in omnib; actibus ordinis naturalis quos est in super
 naturalib;. Ad hoc ergo capita videt tota doctrina
 huius sententiae revocari ~

De Predicta Doctrina refellit. D.

Nos in expositione nostrae sententiae, quae praecedenti e
 dia metro opponitur, duo praestamus, quae hoc loco ad bre
 vem summam redigam. Prius enim, quot ac quanto
 in commoda in ea sententia reperiantur, ostendam, de
 inde, quid efficax auxilium sit iuxta Augustini mentem
 et veritatem de clarabo. ~

Primum igitur asserimus doctrinam hanc, prout in illa
 sententia explicata est, repugnare certo fidei principio,
 nimirum dari hominib;, qui non sunt credere aut sperare

primario ex
 auxilio sufficienti

19.
 Auxilium sufficienti elegan
 ter describit Clement
 ep[iscopu]s 8. -
 Dionis. c. 9. de celesti
 Hierarchia -
 Cyr. lib. 4 ep[iscopu]s 7

auxilium sufficiens ad credendum, aut penitentiam agen-
dam. At q̄ adeo doctrinam illam ex hac parte esse
diuina gratia contrariam, quia non solum esse debet efficax
i. ad Thimoth. 2. in his qui conuertuntur, et consentiunt. Aliter et fal- 16
sum esset, quod velit Deus omnes homines saluos facere,
contra Paulum & e contrario uerum esse, Deum de-
serere hominem priusquam deserat ab ipso, contra Concilium
Fridentinum.

Concil. Trid. sess.
6. c. 11, 13.

Itemq̄ sequit̄, Deum praecipere homini impossibilia, no- 17
dando illi, neq̄ offerendo, ea quae necessaria sunt ad
ea quae praecipit implenda, contra idem concilium. Ac.

De capite ii.

de neq̄ fieret, non esse impotestate hominis implere super- 18
naturalia praecipia affirmatiua: Unde uel ei non impu-
taret eorum omisio, uel imputaret ei quod facere non po-
sset omisisse. Utrumq̄ autem est contra fidem, haec

Haec ratio fuit hac
tata est lib. 1. c. 9
et 12 et lib. 3 cap
13. et uideat sect
29

igitur omnia euidenter consequuntur si auxilium sufficiens
de est omnib; qui efficax non recipiunt, seu omnib; qui non
conuertuntur de facto. superest de claranda prior conse-
cutio, quae ex sola praecedenti sententia expositione
euidens nobis uidet̄. Dicunt enim illi aut hores pra- 19
factum auxilium efficax esse necessarium ad operandum
et non esse in hominis potestate, donec Deus sua sola grati-
ta uoluntate praebet illud; ergo, cui non dat, de est ali-
quid simpliciter necessarium ad operandum, quod neq̄
habet neq̄ habere pot̄ (quae necessaria sunt ad operandum)
qui autem non habet, neq̄ habere pot̄ quae necessaria sunt
ad operandum non habet in tua potestate operationem,
cum operatio esse non possit sine his quae ad illam neces-
sunt. Nec est cur immoremur in impugnanda 20.
vulgari responsione, qua dicere solent, hominem sine hinc
auxilio

auxilio efficaci habere auxilium sufficientem ut possit,
non ut faciat. Huiusmodi enim uerba, prout ab
his auctoribus afferuntur, et in se repugnantiam involunt,
et ueritatis fidei, quibus illa doctrina contraria est, non
declarant sed eludunt. Quod ostenditur primo, quia

De hac re dictum est
lib. 3. c. 6 ubi late
declarat auxilium
sufficientem et non eludat
sect. 29 n. 4 et
segg.

Deus non precepit homini, ut possit operari, sed ut operetur.
debet ergo dare auxilium sufficientem non tantum ad posse,
sed etiam ad operandum. Secundo, quia Deus non
tantum uult ut homo possit saluari, sed ut saluus fiat

Ut Paulus dixit: Ergo ad hoc dat auxilium su-
fficiens. 3. quia, qui nec habet, neque habere potest

21

qua necessaria sunt ad operandum, non solum non ha-
bet auxilium ut faciat, sed neque etiam, ut possit, mo-
raliter et proxime loquendo: poterit quidem habere ali-
quam potentiam, remotam, & fundamentalem ac phy-
sicam, qualem habet visus ad uidendum, dum caret
lumine, et calor ad calefaciendum carens concursu Dei,
tamen non habebit potentiam proximam & expeditam
ad operandum, ita ut uere dici possit homo habere in
manu et potestate sua operationem supernaturalem, quam
omittit: at uero hoc necessarium est, ut homini possit

imputari ad culpam, quod non operetur: & ideo scriptura
hoc modo tribuit homini potentiam operandi, quando

22

dicit, relictum esse in manu concilij sui. Quo circa in eo
sensu habere sufficientem auxilium, ut possit et non, ut
operetur, aperta est repugnantia, cum ipsum posse non
sit nisi propter operationem: et tunc uere homo dicatur
posse, quando in suo arbitrio et potestate habet ope-
rationem. Et hoc sensu dixit Concilium Tridentinum,

Concil. trid. sess. 6.
cap. 11.

Deum non precepere impossibile, sed iubendo (inquit)

monet facere, quod possis, et petere quod non possis, &
ad iuuat ut possis. Neque illa distinctio, in aliquo sanctorum 23.
Patrum, vel antiquorum Theologorum reperitur. Dicit qui-
dem aliquando Augustinus, primo homini datum esse,
ut perseuerare posset, non uero ut perseueraret. Nunc autem
dari electis non tantum ut possint sed etiam ut perseuerent.
Longe tamen alia est Augustini mens: non enim negat,
sed affirmat potius, auxilium datum Adae, fuisse suffici-
ens non tantum ad posse, sed etiam ad perseuerandum,
si uellet. Nam uera sicut non peccare, ita et perseuerare
fuit in manu et potestate eius, tamen quia non est ei
datum illud auxilium eotempore et modo, quo de facto
cum illo erat perseueraturus, licet uere posset, ideo ait
Augustinus non esse illi datum ut perseueraret, scilicet,
de facto et infalibilit ex presentia, et intentione Dei: quo
modo dat nunc electis auxilium quo perseuerent ut
mox dicemus. Quod autem Adam cum illo auxilio non
fuerit perseueraturus, non fuit quia auxilium ex se non
esset sufficiens ad perseuerandum, nec quia aliud
maius preueniens esset necessarium, sed quia ipse Adam
ex suo arbitrio noluit illi auxilio cooperari.

Cum el. 1. p. 9.
23. ad 3. disp. 9
concl. 7.

Nam uero hac difficultate superati illius sententiae au- 24.
tores conant aliquo modo defendere esse impotestate ho-
minis habere auxilium efficax, eiusque uoluntati attribuen-
dum esse quod non habeat, quia alio qui uident, non
posse iuste eius uoluntati attribui, quod non operetur. Quo
modo autem id sit in hominis potestate, nec de clarant,
nec supposita sua doctrina de auxilio physica pre determi-
nante, de clarare id possunt. Quod breuiter ita ostendo,
nam, si est in hominis potestate habere hoc auxilium efficax,
Erit

Crit ergo eius culpa imbuendum, quod illum non
 habeat, quando necessarium est credere vel penitere,
 ex praecepto: non enim pot' alia ratione esse peccatum
 non credere, aut non penitere, nisi in quantum ex sua
 culpa provenit carere auxilio illo efficaci ad eos actus. In
 terrogo igitur, quenam illa culpa sit, aut enim est aliquid
 peccatum commissionis, vel omissionis. Primum dici non
 pot', quia necesse non est, ut quoties quis peccat non creden-
 do, aut non penitendo, novum aliud peccatum commissionis
 efficiat, quia non semper occurrit aliud peccatum negati-
 vum contra quod operet. Unde, neq', dicti auctores
 hoc dicunt, quia revera esset merum figmentum, et a sana
 doctrina alienum, dicere, nunquam hominem peccare,
 omittendo aliquod super naturale praeceptum, quin aliud
 peccatum commissionis faciat contra aliud praeceptum ne-
 gativum. De peccato item omissionis probat idem, quia
 vel tale peccatum est haec ipsa omisio fidei, vel penitentiae:
 et hoc non, quia ipsamet omisio fidei aut penitentiae non
 est voluntaria, nisi in alio priori impedimento, quod homo
 ponit, ne sibi detur auxilium efficace, quod impedimentum
 dicebat esse alia prior omisio, de qua quaerimus, quanam
 sit. Crit ergo necessario dicendum esse omissionem alte-
 rius actus prioris, quem si homo fecisset, recepisset auxi-
 lium efficace ad fidem. Sed contra hoc insto, inte-
 rrogando an ille prior actus omisus sit naturalis vel su-
 per naturalis. Naturalis esse non pot', quia actus natu-
 ralis non est dispositio necessaria ad auxilium efficace,
 et super naturale: alias ex solo bono usu naturali liberar-
 bitrii consequeretur homo tale auxilium, quod est De-
 lagianum. Si autem est supernaturalis, interrogo an

ad illud sit necessarium auxilium efficax prædetermi-
nans necné, nam, si necessarium est, non imputabitur
homini, quod illud non habeat, vel ad alteram dispo-
sitionem præcedendum erit, in qua idem fiet argumentum,
et in qualibet simili, etiam si in infinitum procedatur, si
uero ad illum actum non est necessarium tale auxilium
efficax physice prædeterminans, habemus quod intendi-
mus: nam idem dicendum erit de quolibet alio actu, cum
sit eadem prorsus ratio. Ponamus ergo illum actum priorem
esse actum orationis: si ergo homo, postquam à Deo est vo-
catus et excitatus adorandum. U. g. pot sine talis prædeter-
minatione orare, et consequenter habere auxilium efficax
ad orandum, quod non consistat in illa physica prædetermi-
natione, cur non dicatur idem de actu credendi, amandi,
et similibus ~

C. Aliter potest brevius confici hic discursus, Nam illud 25
auxilium physice prædeterminans dicitur fieri in homine
à solo Deo: ergo non pot esse immediate in potestate libera
hominis, quia in recipiendo non est homo immediate
liber, sed in agendo, ut ex concilio Tridentino constat.
Solum ergo dici pot. esse in potestate hominis mediante ali-
qua dispositione sicut recipere gratiam habituales est in
potestate hominis, quia pot. efficere dispositionem, ad quam
infallibiliter sequitur gratia: Si ergo hoc dicatur de illo au-
xilio efficaci, inquiri, quamnam sit illa dispositio? Natu-
ralis enim esse non pot, ut probatum est ex principiis fidei.
Si uero sit supernaturalis ad illam erit necessarium au-
xilium efficax: Vel ergo homo habet illud, uel non habet.
Si habet, ergo etiam efficit illam dispositionem; quia om-
ne auxilium efficax habet infallibiliter actum, ad quem
est

sess. 6^{ca} 4
et cap. 5

est efficax: hac enim ratione efficax dicitur, Si autem dispositionem illam habet, ergo etiam recipit aliud auxilium efficax ad ulteriorem actum: supponimus autem, nec se disposuisse ad tale auxilium, nec illud recipere, ergo nec ad ipsam dispositionem recipit prius auxilium efficax: redibit ergo argumentum de illo auxilio efficaci, et sic procedetur in infinitum, donec sistamus in aliquo auxilio prædeterminante, quod non sit in hominis potestate. quamobrem semper hac mihi visa est Theologica demonstratio, ex hoc, scilicet modo de clarandi auxilium efficax necessario sequi, carere auxilio sufficiente omnes, qui efficax non recipiunt, quod est contra fidem. —

26

Secundo asserimus, auxilium in eo sensu efficax, reputare libertati. Dicitur enim tale auxilium à solo Deo infundi, voluntatem quæ nostram solum passivè concurrere ad illud recipiendum, et ab eo ita determinari ad unum actum et ad exercitum illius, seu ad concursum, ut impossibile sit voluntatem recipere hoc auxilium et non operari ac consentire: ex quo manifeste fit, illum consensum non esse liberum. —

Secunda ratio ex libertate voluntatis

Anselm. lib. de concors. p. dert. et lib. arb. c. 1. et. sape alias
 D. Th. i. p. q. 83. an. i. ad 5. clarior lib. 2.
 Physic. lec. 13. Albert. 1. d. 39. an. 4. d. 40. an. 13.
 Alex. 1. p. q. 24. mem. 5. March. in i. q. 4. an. 2. vol. ten. tomo. 1. d. ont. fid. c. 25.
 Aug. lib. 5. de civit. cap. 10.
 Concl. Frid. sen. cap. 4. et cap. 5.

Hoc autem de claramus primo ex doctrina Anselmi recepta à D. Thoma, et fere omnibus antiquis Theologis, quia, licet necessitas solius consequentis que est ex suppositione consequente, seu includente usum libertatis, non tollat libertatem, quia iam illius usum supponit: tamen necessitas ex suppositione antecedente ipsum libertatis usum, et necessario inferentes illum, tollit omnino libertatem, quia tunc effectus neque in se, neque in sua causa, est liber. Non in se, quia procedit a causa determinata ad unum, non in sua causa, quia illa posita est et ad unum determinata

Hæc ratio fuit tractata est lib. 1. cap. 10. et. 13. et lib. 3. c. 9. et 13. et in disput. a. s. n. 28. usque ad 29.

Hic locus concil.
expendit late in
disput sect 14

inde pendentem ab usu libero eiusdem causa. Secundo
idem de claratur ex concilio Tridentino quod ad usum
libertatis requirit potestatem dissentienti et repugnandi
divinae motioni quae uerba plane euidenterq; reddum sen-
sum compositum, quia non repugnant, neq; abijcit motio-
nem, nisi qui postquam illam habet, ei non praebet assen-
sum, si ergo motio vel infusio huius auxiliij talis fit, ut
ei uoluntas resistere non possit, non manet libera ad illum
actum, ad quem pertale auxilium mouet. 3^o ratione
idem ostendimus, quia uoluntas non est libera ad re-
cipiendum hoc auxilium, cum impura ac sola receptione
seu passione non sit libertas, id quod concilium idem Triden-
tinum significauit, Deus item suo arbitrio illud dat vel
infundit cui uult et quando uult, ac tunc nulla uo-
luntas ei resistere pot, quominus ipso dante, ipsa recipiat.

Ubi supra Neq; etiam est libera ad non operandum post receptum
tale auxilium, quia hoc talis naturae esse dicitur, ut se-
parari non possit a sua actuali operatione. Unde ei
resistere non potest. Maxime quia includit absolutam effi-
caciem, ac praueientem Dei uoluntatem, cui nulla
creatura resistere pot. Et quantum ad rationem hanc

Banez p. 1928
art. 3. dub. 3. post
concl. 10. proxima
ante solutionem ar-
gum et art 5 ad
7 pro opinione
Iuueli

Cumel 12 q 111
art 3. disp. 2.

horum euasiones re-
sistantur anobis
late lib 1 et 3 locis
antea citatis

variae excoisitate sint responcioner, omnes tamen uel a
parte contradicunt Concilio Tridentino uel eius doctrinam
eneruant et eludunt: uel certe repugnant scripturae dicenti
uoluntati Dei efficaci neminem resistere posse, uel in se
un uolunt contradictionem et repugnantiam, dum aiunt
tale esse auxilium hoc, ut physice praedeterminet uo-
luntatem, et repugnet ei a sua operatione separari. Qsi
mal dicunt, uoluntatem posse illi resistere, licet nunq;
resistat: in quo etiam uerbis conantur, qui sic respondent,
fateri

Damas lib 2 de fide
c. 29. et 30.

Chrysostomus homi 12 in
ad Hebr. et homel. 17
in Joann.

Justin 9^o ad catho-
dos

faut multum Aug
lib. 3. de libero ar-
bitr. c. 18. et lib
7 de ciuit c 30

fateri Libertatem quam recipia negant. Atq; ita plerimum fauent haereticis huius temporis, qui etiam docent nostram voluntatem saepemoueri a Deo per huiusmodi efficacem motionem. qua prauehit, atq; extorquet con sensum eius. Et ideo consequenter negant, nos uere esse liberos, sed Libertatem nostram aiunt esse titulum sine re. Contrario uero omnes docti scriptores qui contra hos haereticos scripserunt, ut ueram Libertatem tueantur, huiusmodi physicam praemotionem negant. Nec solum modernis scriptoribus, sed etiam antiquissimis patribus id uisum est necessarium, Ut apud Damasenum, Chrysostomum et alios per uulgatum est. Nec uero ex hoc discursu inferri potest (ut quidam putant)

Deum non posse praedestinare actus supernaturalis sine praesudicio Libertatis. Est enim longe diuersa ratio de physica praedeterminatio, qua voluntatem nostram afficit uel immutat, et de aeterna Dei praesensione qua per mediae ac com modata suauis, immorali modo uoluntatem inducit ut late lib. 3. cap. explicamus, et inferius in hac summa numero 48 et seqq. attingimus.

27

3. Afferimus illum auxilij modum nullum in sanctis patribus aut concilijs habere fundamentum, atq; adeo tanq; nouum uin auditum, non esse admitteudum in re tan ardua et supernaturali. Hoc autem ostendimus primis, quia omnia auxilia prauehentia, quibus Deus homines uouere solet ad fidem, penitentiam, et similes actus, declarant concilia et Patres fieri a Deo in nobis per doctrinam externam, et internam, per suasionem, illuminationem mentisq; excitationem, Deniq; per inspirationes et immisiones diuersorum affectuum bonorum amoris, aut odij

Idem probat ex autoritate patrum negatio

Hoc constat ex concilijs Tridentino Arauscano .ii.

lib. 3. cap. et in d. 1. a
sect. 5 usq. ad 11.

Augustino Prospero & alijs. Secundo, quia nunquam

Concil. Trid.
Sess. 6. c. 5. et 6.
et can. 3. et 4.

Araus. 11. can. 5. et 6.

Pater utitur illo modo loquendi, quod Deus nostrae vo-

Concil. Senon. c. 5. Calis-
tinus Pap. epl. 1. ad

luntatem praedeterminet multoq. minus reperitur in eis verbum

28

Episcopos Galliae

parare voluntatem, praeveneri illam, inclinare, trahere, et

Augustinus de spirit
et lit. c. 34 ad simp.
q. 2. de bono per se
cap. 14 et passim

facere, ut velimus, faciamusq. et similia: praedeterminare

Prosper optime lib
2 de vocat. gent. c. 9.
a. l. 1. c. 2. 6

autem absolute, aut physice, aut efficaciter, nunquam

Augustinus lib. 2.
de peccat. merit. c. 18.
videt. etiam lib. 8.
de lib. arbit. c. 13

dicunt. Neq. illa verba hic aequivalent, quia omnia in-

29

telliguntur optime sine tali praedeterminatione. Immo ab
ipsis patribus ita explicat ut non possint aliter intelligi.
dicunt enim Deum id facere invitando, alliciendo, con-
sulendo, et alijs modis similibus, quos Augustinus duobus
verbis complexus est. Quia Deus vel aperit, quod latebat
vel suavis facit quod non delectabat. Tertio, quia nunq.
reperitur in sanctis Patribus quod fundent necessitatem
gratiae in indifferentia libertatis, neq. in sola subordi-
natione causae secundae ad primam, sed vel in repug-
nantia appetitus, et difficultate operandi bonum ex peccato
originali orta, vel in defectu et disproportione naturalium
virium humanae facultatis, seu intellectus & voluntatis
ad finem et beatitudinem, propterquam creatus est homo,
et ad media per quae ille finis comparat, et in gravitate
divinae offensionis quam homo peccando incurrit, quae
nisi per divinam gratiam expelli non pot. Ille autem aliae
rationes, nec a Patribus traditae sunt, neq. ab antiquis theo-
logis quos semper sub hac voce comprehendimus, ut bre-
vitati studeamus.

quarta ostensio ex locutio-
nis patrum.

Quarto Afferimus sententiam illam non solum non

30.

habere in antiquitate fundamentum, verum potius multa

Inanti

In antiquis Patribus reperiri quae huic sententiae manifeste repugnant. Primo namque multi Patres interdum absolute docent Deum non praedestinare actus liberos non praevenire libertatem nostram: et similia, quae non possunt in alio sano sensu intelligi, nisi dicta esse intelligant ad excludendam similem praedeterminationem.

Damas & Chrysostomus
locis citatis pag. 22
praeced.

Idem sentit Anselmus
lib. de concordia
prode. 1. 2.

de hoc tractat late lib. i. c. 12
et 3 et alijs locis supra in
dicatis et in disput. afferunt
multa ex patribus et fact. 13
et specialiter Aug. sect. 16 et 17
D. Thom. sect. 18

31

2. quia sapissime aiunt, voluntatem humanam ita esse constitutam a Deo ut consilio & gratia se determinet ad Volendum, vel nolendum etiam in superioribus excitata quidem et adiuta divina gratia, non tamen praedeterminata sed ipsa se ipsam determinans cooperando divina gratia. Sunt autem valde opportuna quod optio detur voluntati, seu quod relinquantur in manu concilij sui, et quod ab alio praedeterminet.

32

Unde quae ad hanc partem, non solum locutiones patrum, sed etiam scripturarum illi sententiae repugnant. 3. quia dicunt Patres, voluntatem ita esse liberam et conservari liberam a Deo in suis actionibus, etiam supernaturalibus, ut possit omni praevientem motionem Dei resistere, ut clarius caeteris explicuit Concilium Tridentinum. Sunt autem valde repugnantia et opposita manere voluntatem Physicam praedeterminatam ex motione praevia Dei et posse illi resistere, quia ipsi Physice praedeterminationis non potest voluntas resistere, vel Physica praedeterminatio non est: quia, si ei potest voluntas resistere, (vel physica), subijcit ipsa usui libero et potestate ipsius voluntatis: quomodo ergo illam ad unum Physice praedeterminant?

Concil. Trident. S.
S. 6. c. 5. et can. 4

33

Quarto quia etiam dicunt esse impotentem homini converti et velle credere, et habere quid quid ex parte Dei ad haec omnia

ne cessarum est, quod itea sententia nullo modo consistere potest quia habere auxilium efficax illo modo explicatum, nullo modo est impotentate hominis, ut, exponendo ipsam sententiam satis declaratum est, idq; in primo discursu demonstrauimus.

Quinta ratio ab
inconuenienti de
praedeterminatio
actus mali

De hac ratione
late. lib. 2^o et
in disput. sect
44 a n^o 31

34
Quinto Afferimus fundamentum illud ponendi hoc auxilium physice praedeterminans voluntate, ex in differentia ipsius voluntatis desumptum, vel ex generali subordinatione ad causam primam non solum esse alienum, a sanctis Patribus Libertatiq; repugnans (ut ostensum est) verum etiam ex ipso sequi Deum esse authorem mali actus, uere ac proprie non permittendo solum, sed etiam praemouendo, et praedeterminando voluntatem ad illum, quod quam sit absurdum, et prae aures offendat, omnib; fere Chato licet uere perspectum est. Consequitur prior, si recte intelligat, per se euidentis est, quia uoluntas ex se tam est in differentis ad malos actus efficiendos sicut ad bonos et in eorum effectione tam subordinata est prima causa, sicut omnis causa secunda in quolibet effectu suo. oportet ergo, iuxta illud principium, dicere, Deum etiam sua efficaci uoluntate praedeterminare, et praemouere efficaciter nostras uoluntates ut consentiant tentationibus vel obiectis prauis, quando ab eis inuitant. Itemq; sine tali praedeterminatione Dei nullam uoluntatem habere posse prauum consensum, et tali praedeterminatione non posse illum non habere. Rursus dicendum etiam consequenter est, Deum non ex malis meritis hominum neque ex prauo usu libertatis

Si libertatis eius dare illi talem præmotionem ad actum malum, sed solum quia vult. Itaque dum homo actu tentat, ut consentiat in actum præcepto contrarium, cum Deus æque possit prædeterminare voluntatem eius. Ut consentiat, vel dissentiat, Deus ex se, et ex sola voluntate sua determinat illam ad consensum, potius quæ ad dissentium, et ex duobus hominibus, sicut facit consentire, illum dissentire solum quia vult. Quæ omnia & alia eiusdem rationibus admittunt non nulli autem illius sententia, se quæ satis putant exponere vel potius illudere scripturas et conciliorum definitio- nes adhibita distinctione de actu malo pro formali, vel pro materiali, Deo attribuente materiale, et negando formale, ac si separabilis sit moraliter loquendo, for- mali à materiali, quando intentio agentis definite & absolute tendit ad ipsum actum humanum a quo inseparabilis est deformitas, et illum vult, et decer- nit cum omnibus moralibus conditionibus partiui- a quibus eadem malitia separari non potest. Et ita illum vult, ut non velit quasi conditionate et de- penderet à voluntate creata, sed absolute volendo, et præfiniendo ipsam conditionem, et faciendolo effica- citer. Ut ipsa voluntas creata ad talem actum appli- cet. Et determinet.

35

Johes hic discussus
latè tractat in lib
2º feri pentecostum
præcipue c 2 et 4

Hoc ergo modo attribuere Deo efficientiam et præ- determinationem actuum malorum, censemus impi- um et contrarium definitionis Concilij Tridentini, et Arausiacani. Omnibus scripturis, quæ negant Deum implantare hominem, aut esse malorum tentatorem, et alijs similibus. Quam obrem non nulli ex Ilico

Conal Trid... sessº
.6. can. 6.
Araus 11 cap. 23.
et 25

Theologis qui doctrinam illam de prædeterminatione phy-
sica in bonis actibus amplectuntur, eam in malis abhorrent,
omnino negant, in quo quidem pie et religiose loquuntur,
sed non consequenter. Est enim evidens, aut illud prius
sine fundamento affirmari, aut hoc etiam ex illo funda-
mento necessario sequi, loquitur si, obviandum tam magnum
absurdum, ab illo fundamento recedat, nullum superest
ad ponendam auxilij efficaciam in illa physica præ-
determinatione.

Demonstrat non recte
exponit scripturas
iuxta illam doctri-
nam.

c. Sexto hinc inferimus magnam insuriam facere di- 3. 6.
vinit Scripturis, quæ singularem Dei gratiam operantem
nostros actus super naturaliter prædicant qui eas de hoc au-
xilio physico, seu physice prædeterminante voluntatem inter-
pretantur. Nam plane sequitur, easdem loquendi
formulas posse ad actus bonos naturaliter, imo ad actus
malos accommodari, Nam, si ideo dixit Christus.
Nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit eum
quia nemo potest credere, nisi per illam physicam motionem
à Deo prædeterminet. Ergo etiam potuisset dicere
Christus. Nemo potest bonum opus morale, facere nisi
pater meus traxerit eum ad illum faciendum; quia
etiam non poterit facere homo tale opus, nisi Deus præ-
determinet physice voluntatem eius, ut velit facere. Imo
et dicere potuisset. Non poterit Judas vendere me, ni-
si pater meus eum traxerit, ut velit me vendere: quæ
omnibus his verbis non significat, nisi id, quod est
materiale impecato interiori, ipse scilicet actus vo-
luntatis quem Judas habere non potuisset nisi Deus
illum traxisset, prædeterminando illum. Idem ar-
gumentandi modus applicari potest ad illa verba. fa-
ciam

347
211

faciam. Ut faciatis, Deus est, qui operatur in vobis
velle Operari. & Similia si haec dicta sunt ra-
tione huius physica praedeterminationis. Item ap-
plicari pot ad illa uerba. Non est volentis, neq'
currentis sed Dei misericordis. Similiter enim dicere
poterimus. Non est volentis, neq' currentis. (Utrq' ad
malum) sed Dei indignantis, seu implanantis. Simi-
liter accommodari pot ad illa uerba. quis enim te
discernit? nam sicut illa efficacia physica diui-
na applicationis discernere dicitur iustum a peccatore?
ita de eadem dicere possumus, discernere peccatorem,
et esse praecipuam, vel potius totam causam, qua ipse
in eo statu constituit. At quis non uideat, quam
haec sint absurda? At quis non clare intueatur,
quam euidenter haec omnia ad illam positionem seu
interpretationem consequantur. Imo ulterius sequit
ex illa de declaratione, nihil excellens aut principale
de actibus supernaturalibus, aut operibus diuinae grae
posse cum fundamento ex illis modis loquendi sa-
crae scripturae colligi. Nam ex eis iuxta illam inter-
pretationem solum habet, voluntatem nostram
nihil posse operari sine generali praemissione Dei
ob subordinationem, quam ad ipsum habet, quate-
nus causa creata est, vel sine praedeterminatione
Dei, quia causa ex se indifferens est. At haec
ratio habet locum, etiam, si vel illi actus non sint
supernaturalis vel in nobis nulla sit difficultas bene
operandi ex peccato contracta. Ruit ergo totum super-
naturalis gratiae fundamentum, quo Concilia & Patres
nisi sunt et omnes scripturae prorsus enervantur.

Nam si aliquod Dei beneficium ex illis testimonijs
iuxta illam sententiam colligi potest, ad summum, illud
erit, quod, cum posset Deus non prædeterminare vo-
luntatem hominis ut velit credere. Sed ut nolit, gratuito
illam determinat ad volitionem, et non ad nolitionem.
At hæc quæ gratia est? Nonne, in omnibus operibus
moralibus aut naturalibus, idem dicendum est iuxta
prædictam sententiam eiusque fundamentum? Aut quo
modo huic beneficio non correspondet uti malis grati-
ta prædestinatio ad malum quam concilia & Patres
meritissime ubique damnarunt.

Hæc igitur sunt, quæ nos præcipue mouent, ut illam
doctrinam à veritate alienam & principijs fidei val-
de dissonantem iudicemus et summis desiderijs opte-
mus ab Apostolica sede decerni, an in hoc nostro
iudicio decipiamur, illi namque illud submittimus,
semperque subiecimus, parati que sumus eius decreto
ac censuræ corrigi, si alicubi nos à veritate contige-
rit aberrare. Sub qua correctione, sicut de prædicta
sententia, quædam censuram aperuimus, ita quædam de
auxilio efficaci sentiendum censuram declarabimus.

C. VERA SENTENTIA .D.

prima propositio **U**nprimis supponimus (quod fides catholica contra 37
Pelagium docet) hominem solis sui liberi arbitrij vi-
ribus, atque ope diuinæ gratiæ destitutum nihil superna-
turaliter boni, nullum ve pietatis opus quod ad uitam
æternam obtinendam conducatur operari posse neque
ipsam met naturalem legem constantem, seu diuturno
tempore absque eiusdem gratiæ auxilio seruare. Cum autem
eadem

eadem fides Chatholica doceat, per hoc auxilium
 gratia non tolli liberum arbitrium, sed liberari fa-
 nari, et iuuari, ita concordiam hanc libertatis ac gra-
 de clarare studemus, ut integrè et omni ex parte a lu-
 therano errore recedamus, falsasq; de mon. stemus esse ca-
 minas Sarcoticorum hoc tempore dicentium liberum arbitri-
 um rem esse de solo titulo, aut titulum sinere. Itaq; gra-
 hie necessitatem cum uero usu libertatis coniungimus,
 usumq; ipsum libertatis, ut alicuius valoris et momè-
 ti sit apud Deum à gratia operatione et cooperatione
 nullo modo separandum esse docemus, cum à Christo
 Domino dictum legamus. Sine me nihil poteris facere
& nemo potest venire ad me, nisi pater meus traxerit
eum

De his omnibus late lib 3
 in sex primis capitulis Greg et
 in disput. sect. i. a, n. 9
 usq; ad 14

38.
 2^a propositio

Hinc ulterius iuxta Tridenti Concilij doctrinam hoc gra-
 auxilium, non solum adiuuans, sed etiam excitans esse
 docemus, quia non solum gratia Dei nos iuuat, quando
 operamur, sed etiam nos prouenit et excitat ut bene operemur.
 & ab hac Dei excitatione quam etiam uocationem et di-
 uinam inspirationem, ac illuminationem idem concilium
 appellauit, ab hac (inquam) initium salutis in nobis in-
 choari dicimus, quam Deus incipit operari in nobis si-
 ne nobis, id est sine nostris meritis, et sine nostra libera
 co operatione, uel dispositione ulla, sed ex mera sua liber-
 tate, & gratia, ut contra Pelagianorum reliquias con-
 cilium Arausicanum. 11. definiuit. quauis enim Dei
 gratia nobis salutem non conferat sine nobis (loquimur
 de adultis, quorum liber consensus, ut saluentur, ne-
 cessarius est) prouenit tamen nos uocatione sua sancto
 et tangit corda nostra, prouquam nos alicquod superna

Concil. Trid. sess. 6.
 cap. 5 et 6 Idem. can.
 3 & 4

per totum propositum
 can 3 et 4

tractat hoc late lib

3 cap 6

super naturale bonum operari possumus, C. ante q̄
consentiamur ipsius tactum corda nostra presentunt,
hac ergo vocatio per excitatem gratiam fit et hac eadem
est gratia operans, perquam Deus solus operatur in nobis
ut velimus, quamvis ipsum uelle, non ipse solus operatur
in nobis, sed cooperetur nobiscum, ut sepe dicitur Augustinus
dixit.

Tertia p̄positio

39

lib 183 qq 1

68

4

Tertio, cum certum sit, Vocationem Sane, non in om-
nibus qui vocantur, habere effectum; neq̄ etiam omnes
qui ad eam fuerunt vocati venire voluerunt, nihilomi-
nus, vocationem illorum, qui non ueniunt, ita censemus
esse sufficientem, ut uere et p̄prie, in eorum potestate ac
arbitrio sit positum venire, si uelint. Et ut Augustinus
bis utar, qui noluerunt venire, neq̄ debent q̄ neq̄ po-
sunt, id alteri tribuere, sed tantum sibi, quoniam ut
uenirent vocati, erat in libera voluntate. quod non alit̄
p̄bamus quam rationibus in prima assertione contra
precedentem sententiam insinuat. Illae enim ueue-
ra concludunt, nisi vocatio, quae in re non habet
effectum, ex se sit praedito modo uere atque sufficienter
nec sufficientem appellari posse nec ratione illius posse
homini imputari quod vocatus non ueniat. Atq̄ tunc
fit vocationem hanc simpliciter sufficientem, tanquam
auxilij excitantem, quam ex parte adiuuantem, debere
aliquo modo includere, seu conferre, vel saltem
offerre homini vocato et in potestate eius constituisse quid
quod ad uolendum et consentiendum necessarium est.
Nam cum utraq̄ illa gratia excitans et adiuuans, iuxta
doctrinam Concilij Tridentini sit necessaria, exempli cau-
sa ad primam uoluntatem credendi, seu penitentiam ag-
endi

agendi, si altera illarum gratiarum de esset homini,
ita ut nullo modo esse impotentate eius habere illam, sim-
pliciter non habeat potestatem volendi credere, peniten-
tiam uel agendi, nec auxilium ad hos actus sufficiens.
Unde merito potest alteri tribuere, quod vocatus cum
esset ipse non uenerit et (inquam) potest tribuere,
qui negauit maius aliquod auxilium necessarium ad
ueniendum, & nullam uiam, vel modum, obtinendi
tale auxilium in eius arbitrio seu uoluntate constituit

40 Quo circa cum ex parte gratiae excitantis non sufficiat
sola uocatio exterior, sed aliqua etiam interior illu-
minatio et inspiratio necessaria sit, ut uocatio sit suffi-
ciens, non satis est exterior doctrina, sed oportet, ut medi-
ante illa, uel interdum sine illa, Spiritus sanctus in-
terius operetur, et hominem excitet, suoque modo
doceat, et uocet; cumque ante hanc uocationem nihil
possit homo operari conferens ad suam salutem, si
Deus daret exteriorem uocationem, et internam ne-
garet, non uocaret sufficienter, non est ergo uocatio
sufficiens donec interior tactus Spiritus sancti intercedat,
qui in eo genere ordine gratiae excitantis sit sufficiens
ad aliquid liberum et super naturaliter operandum,
Atque hoc modo dicimus uocationem sufficientem in-
cludere omnem gratiam excitantem internam sim-
pliciter necessariam ad uolendum.

videat de haere
saepe a legata des
a sect 84 u/qi ad 27

41 Rursus ex parte gratiae adiuuantis intelligi potest necessa-
rium uel aliquod auxilium quod sit per modum prin-
cipij uel actus primi, seu quod per modum actus primi
comparet ad liberum consensum uoluntatis uel potest

intelligi ipsemet concursus actualis Dei qui necessa-
rius est etiam ad opera gratia, et proportionatus esse de-
bet ipsi operibus, et eiusdem ordinis cum illis, atque
adeo supernaturalis etiam et gratuitus, sub qua ratione
auxilium etiam gratia dei solet. Si ergo de priori au-
gustinus per modum principij loquamur, necesse est
ut vocatio sufficiens ad fidem. Vg. includat omne
illud auxilium, quod est necessarium principium
ad eliciendam voluntatem credendi sibi illud prin-
cipium sit ipsamet gratia excitans, siue sit aliqua
qualitas permanens, aut transiens, siue sit ipsa met virtus
diuina exposita, et quasi preparata ad iuuandum ho-
minem, siue quippiam aliud excogitet: quod quidem
tale principium sit simpliciter necessarium est ut ho-
mo velle possit et efficere id ad quod vocatur. Sed is,
qui sufficienter vocatur, simplicit' constituit potentiam ad
volendum, aliter non peccaret non volendo, et merito,
posset non sibi, sed alteri tribuere, si non ueniret vo-
catus, quia non ex voluntate, sed ex impotentia non
veniret. Sicut, si homini non daret lumen et speciem
visibilium ad uidendum, non posset ei tribui, quod non
videret, quia speciem et lumen est necessarium princi-
pium, ut homo habeat proximam et completam
videndi facultatem. Sic igitur, ut vocatio sit su-
fficiens necesse est, ut includat omnem ad iuuantem
gratiam, quae per modum principij necessaria est
ad illum actum ad quem homo vocat. ~ ~ ~

Si uero de concursu ipso gratiae sermo sit quoniam
hic non ponit actu in homine, nisi quando homo
iam vult, non potest hoc modo includi in uocatione suffi-
cienti

sufficiens, quam habet is qui non operat. necessarium verum est, ut hic concursus cum ipsa vocatione, sufficiente ita offerat ex parte Dei, ut sit in hominis potestate illum habere si voluerit. Itaque, sicut ego quando non ambulo, non habeo actum in me receptum concursum ad ambulandum, quia hic non est nisi in ipsa actuali motione, seu ambulatione. Sabeo tamen ita paratum illum concursum ex parte Dei ut impotentate mea sit habere illum, alio qui non esset impotentate mea ambulare. Ad eundem modum in re Theologica Philosophandum censemus, ut, is qui sufficienter vocat ad fidem, constituat simpliciter, potens ad credendum, necessarium esse, quod ita habeat paratum a Deo ac commodatum concursum gratia ad super naturalem fidem, seu voluntatem credendi, ut sit in eius potestate ac voluntate habere illum, si se ipsum velit ad credendum applicare, prout cum divina gratia potest. Hoc ergo modo de sufficiente vocatione et gratia certitudinem esse Judicamus, ut, quae sacra scriptura, concilia & patres de illa docent, vera esse possint prout in prima asserptione contra priorem sententiam satis iudicavimus ~

Legat vega lib. 6.
in Iriden. 07.
Soto lib. 1. de nat.
et grat. c. 6.

43. Quarto Sine colligimus, ultra vocationem sufficientem prout includit omne auxilium tam excitans, quam adiuuans, quod homini dari intelligimus prius quam actu operet et consentiat, nihil esse simpliciter necessarium ad actualiter operandum praeter actualem gratia concursum, quo Deus cum ipsa voluntate influat in actum ipsum et consensum ipsius voluntatis. Probat ex illis locis sacra scriptura. Ego sto ad hostium

quarta propositio

24

Ita loquitur Ambrosius
sermone 19 in dicitur.
118 hactenus illud
praueuerunt ostendit
mei ad te de luculo

Sumitur ex Augustino lib. 6
83 99 96 et 68
1º Debeat c. 26

et pulso, si quis mihi aperuerit intrabo ad illum.
vocaui et reuicisti. quoties voluit congregare filios
suos, et noluit. Ex quibus nobis constat, post
vocationem, expectare Deum, ut homo aperiat et consen-
tiat: supponit ergo in dictis locis, hominem esse iam
constitutum in actu primo sufficiente ad consensum praes-
tandum, solumque indigere concursu proprio porcionato, quod
necesse est esse illi paratum, esseque impotestate eius, ut
ex eisdem locis colligitur, cum legitur, cum sine illo
neque aperire, neque consentire possit. Atque hinc su-
mitur ratio Theologica, quia, si aliquid aliud esset
necessarium, illud deberet esse prauium ad actum, et
aliquo modo principium eius vel conditio necessaria
ad illum: Unde fit, ut homo illa re carens, qualiter
cumque illa sit, ad huc sit impotens: et consequenter non
dum habeat auxilium simpliciter sufficientem: Si ergo sup-
ponitur habere sufficientem (Ut uerum habet omnis qui peccat,
cum vocatus non uenit) necesse est ut nihil illi desit
praeter actualem concursum. sicut in naturalibus
uirtutibus illa dicitur sufficientis ad agendum in ge-
nere causae proxima quae solum indiget concursu cau-
sae uniuersalis ad agendum, nam si aliqua alia re
indiget, quantum ad id est uirtus insufficientis, uel in-
completa, uel non satis applicata, et consequenter non est
proxime sufficientis, prout necessarium est in causa li-
bera ad potentiam simpliciter, et ut sit moraliter potens,
cuiusque uoluntati, et non impotentia tribuatur, si non ope-
retur uel consentiat.

Alia etiam ratione id probatur, quia si aliquid aliud
necessarium esset, maxime gratia aliqua, quae se solo
et sua

44

24

45

et sua ut determinaret voluntatem antea consentientem
 eius, ~~sed~~ talis gratia non solum necessaria non est sed
 etiam repugnat indifferentiæ et libero usui ipsius vo-
 luntatis (ut est ostensum) ergo nulla talis gratia est
 necessaria. Quocirca, considerando eam actionem grã
 quam Deus habet in homine atq; consensu libero eius,
 excitando, inspirando, illuminando. *¶* Et hoc mo-
 rali modo ut velit operando, si talis actio attingat gra-
 dum auxiliij, in eo genere immediate sufficientis ad ali-
 quem actum super naturalem voluntati intertalem ac-
 tionem Dei, et illam, qua concurrat cum voluntate ad
 ipsum assensum liberum, nulla alia actio Dei inter-
 cedit, qua necessaria sit ad concursum liberum pre-
 standum alioqui, vel illa prior gratia non poterat esse
 sufficiens ad talem consensum in ratione proximi super
 naturalis principij vel illa alia, qua intercedere dicitur
 necessaria non est, et præterea intelligi non potest quomodo
 adhibeat sine præiudicio libertatis. ~

46.

Quinto Sine ulterius concludimus, auxiliium efficax
 quod actu operatur consensum liberum in homine, vel
 tra sufficiens excitans, et adiuuans, et actualem cuius
 cooperationem cum voluntate nihil necessario requirere
 que ad rem ipsam, seu nihil aliud addere ex parte
 Dei præter illud auxiliium gratiæ quod in actuali con-
 cursu proportionato consistit. Hæc assertio se-
 quitur necessario ex præcedenti, quia omnis homo, qui
 actu operatur super naturalem actum, habet auxiliium
 efficax: sed in homine prius habente auxiliium
 sufficiens sine actuali operatione, et præterea, actu o-
 perante per illud auxiliium, nihil necessario addit

Quinta propositio

præter actualem concursum & operationem ipsam:
Ergo auxilium efficax nihil necessario addit vel
ponit in homine ultra auxilium sufficientis præter
actualem concursum, et insuetum actui supernaturæ,
si proportionatum. Dico autem non necessario, quia
fieri potest, (et fortasse frequentius ita contingit ex Dei libe-
ralitate ac benevolentia) ut præter auxilia sufficientia,
quibus homo non consentiret, quamvis posset ei addantur
Uberiora, et copiosiora auxilia excitantia, ut homo usca-
tionis præbeat assensum. - Dicimus tamen hanc uberiorem
gratiam, non esse simpliciter necessariam, ut vocatio sit efficax
id est ut habeat effectum, nam si id esset necessarium
omnis gratia excitans minor illa esset in suo genere in-
sufficiens ~.

ita declarant concursum Dei quod plures
theologi late adducunt
lib. 1. c. 15. et lib. 2.
cap. 3.

Hic vero aliquis optaret exponi, per quam voluntatem
Deus præbeat hunc concursum, sed quia in hac brevi
summa non possumus omnia fuisse declarare, dicimus
breviter, illam voluntatem talem esse de bere, cui libe-
rum arbitrium possit resistere, quia aliter illi necessi-
tatem inferret, ut bene notavit Soto lib. 1. de natura
& grâ cap. 16. Ubi præterea dicit illam voluntatem
non esse absolutam, et bene placitam, sed includere ordi-
nem ad consensum liberum voluntatis creatæ. Unde
necesse est, ut talis voluntas non sit ad unum solum actum
determinata, sed quod ex se offerat concursum in actu
primo in differentem ad multos, ut libertas voluntatis,
etiam quo ad hanc partem integra seruetur. Nectamen
per hoc excluditur, quin possit Deus aliquos actus præ-
definire, præsertim in prædestinatiis, ut ex sequente puncto
constabit. Ad dimus ergo Sexto quamvis gratia efficax
Physice

48 Physice et ipsa in hil ex necessitate ponat in homi
ultra sufficientem, tamen ex parte Dei auxilium effi
cax (quos Augustinus, huius ferè vocis in uentor vo
cationem efficacem appellauit) addere Speciale bene
fictum et quandam moralem rationem (Ut sic dicam)
qua in hoc consistit, quod Deus speciali et efficaci
propósito, et affectu dandi homini fidem, uel gratiam,
ei præbet illam uocationem, et illo tempore & modo,
pro ut nouit accomodatam, ut cum illa homo re
ipsa et cum affectu consentiat, quanuis possit non
consentire. Et ideo, Augustinus hanc uocationem,
congruam, altam, atq; secretam, appellat. Solet
quidem interdum dici uocatio efficax, qua copiosa est,
et multo maiora includit auxiliã quam ordinariè
dari soleant quomodo appellauit aliquando Augu
stinus uocationem Pauli efficacissimam: et similis
fiat uocatio latronis in cruce, Mathei, Magdalene
et fortassis Apostolorum omnium et in numero aliã.
Tamen gratia hoc modo efficax (ut dixi) non est
necessaria simpliciter ad operandum: nos autem
hic loquimur de efficaciã gratiã qua omnibus, qui
actu operantur, et conuertuntur, communis est:
et ideo non pot hanc efficaciam in illa abundantiori grã
constitui. Constituenda igitur est in illa congruitati
moralis quam Deus in finita sua sapentiã præ
nouit et benigna misericordiã, quibus uoluit, præ
parauit.

49 Quid autem sit illa congruitas uel in quo consistat
remotum est, a sensibus hominũ, ut Augustinus
ait quapropter illam uocationem, altam atq; secre

352 216
Sexta propositio

Mer Aug explicat
in disput sect 17. et
sect 43 a n° 6

Lib de gratia et
lib. arb et lib.
199 ad simpl. g. 2.

ex Aug serm 130
de tempore

Cyrill Alexand de
adorat in spirit et
uent est u

de gradet sanct.
c 8

secretam appellat, ideoq; nos hoc tantum revocamus
ad Thesaurus Sapientia, & scientia Dei, qui no
uit facienda anteq; fiant. & de una qua q; volun
tate humana prænouit quod in omnibus momentis,
ocasionibus et cum quibuslibet vocationibus operatura
sit, scita vocatur, aut tali tempore & modo, etiamsi
merè libere et contingenter id sit operatura, et non ex
aliqua p̄determinatione, quam ab extrinseco agente, etiam
à Deo ipso receptura sit ~

Hoc autem, quod in hac sententiâ affirmamus de
congruitate vocationis efficacis non aliter probamus quam
ex ipso authore à quo primum hæc efficacitas et nomina
ta et declarata est, Augustino scilicet, qui ubicunq;
huius gratia efficacis meminit, in vocatione illam ponit
eamq; ita declarat, quia tali iuso, attingitur mens ho
minis, quo eius voluntas moueat ad fidem, quomodo
etiam Paulum vocatum esse affirmat idem Augus
tinus ad Simplicianum Cuius ait et congruenter
et efficaciter fuisse vocatum. Similiter alijs locis di
cit, Deum agere visorum suasionibus ut velimus et
ut credamus, et quando ita id suadet ut per sua deat,
hunc esse vocationem congruam et efficacem Et similia

lib. 1. q. 99 ad simplicianum
q. ad finem

De Spiritu et lit. c.
84

lib. 8. q. 68.
de grat. et lib. ar.
lit. c. 16.

Tract. 26 in
Joan. et alijs
locis supra in
sinuati

multa apud Augustinum leguntur, ex quibus satis
certo constat, non fuisse aliam mentem eius atq; sententiâ

Dicinde ex his, quæ ad improbandam aliam sen
tentiâ attulimus, colligimus non posse gratiam effi
caciem in re alia consistere. Aut enim gratia efficax
appellat illa, quæ actu facit conuersionem nostram,
vel fidem, amorem, &c. vel quæ facit, ut faciamus, et
uelimus cum effectu, ita ut non Resistamus

Priori modo.

Priori modo potius dicitur gratia actu efficiens, quā
 efficax, et sic clarum est, efficaciam gratiā non esse
 sine cooperatione nostra, neq̄ positam esse in sola grā
 excitante, seu vocante, sed simul necessarium esse co-
 operantem, et actu nobiscum concurrentem. Ac uerō
 neq̄ in hoc sensu appellauit Augustinus gratiam effi-
 cacem ut ex citatis locis constat, neq̄ uox ipsa efficax hanc
 habet propriam significationem, sed maiorem quanda-
 uim et energiam indicat, ut etiam auctores cum quib̄
 disputamus maxime contendunt, quibus libenter id
 concedimus. Posteriori ergo modo dicitur hoc loco
 gratia efficax, qua Deus facit ut uelimus et facimus
 et hoc non facit nisi per gratiam uocationis, per illumi-
 nationes inspirationes, & similia ut Augustinus excep-
 se etiam docet: ergo in huiusmodi uocatione est hęc
 efficacia, ostensum autem est in uocatione non posse esse
 efficaciam physicā determinandi uoluntatem, imo
 id aperte definit Concilium Tridentinum: ergo non pot
 esse illa efficacia, nisi moralis. Rursum sola efficacia
 moralis non est omnino certa & infallibilis, nisi pra-
 cedat scientia incausa mouente & inducente (id est in
 Deo) qua sciat obseruare opportunitatem & occasionē
 conuocantem, in qua prouent suam per suasionem ha-
 bituram effectum: ergo efficax auxilium proueniens
 et inducens infallibiliter uoluntatem non pot in re alia
 consistere.

Citati loci
 Prosper creatio in
 libro de uocat. gent.
 proserm. lib 2
 cap 9

¶ I. Utimo in huius ueritatis confirmatione aduinci-
 mur primo hoc modo, optimi conciliari necessitatem
 et efficaciam gratiā cum libertate arbitrii quod in
 alia sententiā difficilimum ac pene impossibile est: ergo

De uocat. lib 2
 cap 9

hac sententiā non solum proferenda est uerum etiā
hoc tempore præcribenda, et omnib; fidei defensoribus
præcipienda. Probo singula: & imprimis in priori parte
ante uidentur non est quod circa libertatem immoremur,
quia potius nobis obijetur quod plurimum illi tribu
amus: quam calumniam facile excludemus, alterum
membrum ad gratiam pertinens declarando. Ucompro
bandam igitur iuxta doctrinam datam exactissimè
ac propriissime intelliguntur ac uera inueniuntur, omnia
qua de necessitate Cooperatione diuina gratiæ scriptura
sacra & Ecclesia docent. Nam iuxta sententiā antea

§ 3.

bit expositam diuina gratiæ tribuit, initium fidei et sa
lutis: hac enim a uocatione incipiunt ut Concilium Tri
dentinum dixit: Vocatio autem est opus solius Dei,
quod Ultra omne natura debitum, et absq; ullome
rito hominibus confert. Deinde Ultra uocationem

§ 4

hanc requirimus ad iuuantem seu cooperantem gratiā,
ratione cuius ipsa conuersio, seu consensus liber homi
nis, principaliter etiam est à gratiā, non solum ut ope
rante, sed etiam ut cooperante. Hinc uero cooperanti
gratiā adiungendam dicimus cooperationem liberam
nostræ uoluntatis in cuius potestate est impedire effectum
gratiæ et illum efficere, sed illius prius se sola potest præ
tere, quia in defectu tantum conuulsi: hoc autem pot
terius omnino non potest sine gratiā, cum illa uero po
test: et ratione suæ liberæ et moralis potestatis, si
resistat gratiæ, digna est pœna, si uero illi cooperetur

§ 5

De haere lib

.3. cap. 19.

digna est laude et gloria. Nam licet usus liber
tatis per se & natura uiribus præditus, non sit dignus
premio aut gloria apud Deum, tamen subiunctus,

et coniunctus

in omni pro
ximo citatur

Et conueniens gratia Dei multum valet apud ipsū
et dignus est laude Colonia. quia omnia ita sunt
de fide certa ut superfluum censeam hoc loco proba
tiones ad iungere. Ad hanc ratione praedictae vocationis
efficacis et omnium auxiliorum concomitantium qua
secum offert, Deus dicitur dare non solum potentiam
operandi, sed etiam voluntatem; imo sub illa ratione
dicitur ipse solus operari in nobis ut velimus, ut Augus
tinus discrete explicat multo in locis, quia nimirum in
eo genere causa moralis praueientis, suadentis, et
inducentis, solus Deus est qui docet interioris, et trahit
hominem quanguam in praestando consensu semper
homini relinquatur integrum ius libertatis suae, ratio
curus licet Deus solus operetur, ut velimus non tamen
Deus solus operatur ipsum velle sed nobiscum illud ope
ratur, et est principalis, non tamen totalis causa eius pro
tione tamen illius principalioris influxus dicitur ope
rari velle et per fieri et alia huiusmodi ~ ~

§ 7
lib. 3. c. 8. 99
968

Rursum iuxta hanc sententiam optime intelligit in quo
considat altum et profundum mysterium diuinae electionis,
quod Augustinus citatis locis ad hanc vocationem con
gruam reuocat quampropterea dicit alta et profunda
ordinationis esse. Sive in singulis hominibus, sive in po
pulis, atque in ipso genere humano per temporum oppor
tunitates operetur. Cum enim posset Deus ita suae
gratiae providentiam distribuere, ut hanc congruam vo
cationem daret pluribus hominibus, dedit illam paucio
ribus, et interdum dat vni vocatioem, qua illi congrua fu
tura non esset, negat autem illi, cui futura esset accom
modata, si ei data fuisset sicut Christus de Syro et

354 217
hanc late exponunt
in de sp. allegato sect
6. et 7.

de hoc late lib. 3.
cap. et in de sp. sect
67

512
Sy done dixit si illis facta essent uirtutes, quae
in te (Corozaim, scilicet et Bethsaida) factae sunt,
utique in cilicio et cinere penitentiam egerent. Nequiter
ergo est Tynyr et Sydonis auxilium, quod in eis fuisse et
efficax, datum quod est. Iudaeis quibus non fuit efficax.
Et Deus per Ezechielem. Non ad populum (inquit)
profundi sermonis haurieris, et infra si ad illos mitteris,
audirent te. Præterea ex duobus aequè dignis uel
indignis, alteri datur uocatio congrua, alteri non datur.
Hoc ergo est misterium de quo Paulus ait, O homo
quis es tu, qui respondeas Deo. Propter quod idem
dicit O altitudo diuitiarum: et illud Non est uolen-
ti neque currenti, sed Dei misericordiae. Nam licet
post uocationem acceptam, homini sit cum diuina gra-
tia adiuuante, quae illi semper praesto est post uocatio-
nem uelle et currere: item licet efficentia gratia ipsius
uocationis, quantum ad effectum per ipsam intentum, id
est, quantum ad consensum hominis non sit sine ho-
mine, tamen ipsa distributio uocationis, quod huic de-
tur ac commodata, potius quam illi, solius est uolunta-
tis diuinæ quia ante uocationem nullum potest ante-
cedere meritum, ex quo talis distributio fiat: prouenit
ergo ex sola Dei dilectione, qui gratia hunc eligit ad
fidem, uel ad Iustitiam uel ad ipsam gloriam. Et iuxta
hunc modum optime perficitur totus ordo prædestina-
tionis et mediatorum eius quem Paulus ad Rom. 8.
descripsit dicens, quos præseruit et prædestinauit &
hos et uocauit.

Præterea expeditur facile ex his illa quaestio, an fieri
possit ut cum aequalibus auxilijs unus conuertatur, et
non

355 218

et non aliis. Itemque quo sensu uerum sit, eum qui
consentit semper recipere maius gratia auxilium quam
qui resistit. Nam si sit sermo de auxilijs pra
uenientis gratia, seu quoad antea ut principia consen
sus liberi supernaturalis, haec possunt esse aequalia
vel maiora ingenere physico seu in reali uirtute mo
uendi quam sit in eo, qui conuertitur, quia liberum
arbitrium potest his maioribus auxilijs resistere. Et
hoc sensu loquuti sunt qui dixerunt fieri posse ut
cum aequali auxilio, unus conuertatur et non alius.
Nihil omnino tamen is qui actu conuertitur excedi
in actuali concursu et influxu gratia. Et praeterea
ipsum auxilium praueniens habet in illo rationem
maioris gratia. Quod beneficii qui oportuno et con
gruo tempore datur ex maiori Dei beneuolentia.
Atque ex his responsum est varijs argumentis, quibus
contraria sententia fundari solet, qua fusius proponere bre
uitas proposita non permittit. Neque ex ultimo esse nece
sarium quia omnia reducuntur ad tria capita. Unum
est Philosophicum de concursu Dei et prima causa est,
cuius motus et actio debet esse prior. sed ad hoc iam
responsum est, et demonstratum opera gratia non tribui
specialiter Deo ratione huius concursus generalem con
siderati, sed ob alias proprias rationes ob quas Deus in
illa speciali modo influat. De ipso uero concursu gene
rali tam naturae quam gratia, quod illam physicam
praedeterminationem, non portaret, certum est, cum sit
in mediatur influxus in actionem causa secunda,
et non in causam ipsam. Quae actio simul est ab
utraq; causa prima et secunda et essentialiter ab

ab utraq; pendet, licet causa prima de suamemi-
nentiam et inde pendentiam, dicatur prius natura in
illam influere. Aliud caput summit ex quibus-
dam locutionibus scripturae vel Augustini male in-
terpretatis, ut satir in sinuatum hic est et in alio opere
copiosius, est disputatum. Tandem potissimum ar-
gumentat ex certitudine diuina praedestinationis et
electionis ante cedentis omnia merita praevia. sed
iam ostendimus haec omnia optime declarari ex di-
uina voluntate, supposito, praedicta conditionata sciencia
absq; physica praedeterminatione. ~

Solum potest aliquem mouere, quia ex dicta declara-
tione nostra uidetur sequi, dari ex parte nostra aliquod
meritum huius distributionis, nam in uno homine vo-
catio est efficax, quia in illo prauidetur, operatura non
est, sed non est in illo operatura, nisi eo libere consen-
tente in hoc uero idcirco non est operatura, quia ipse
est repugnaturus, ergo in hoc est aliquod meritum,
vel aliqua ratio ex parte liberi arbitrij. Confirmatur
quia nisi nos ita dicamus incidimus in eam diffi-
cultatem, quam alteri sententiae obijcimus, scilicet
non esse in potestate nostra habere uocationem congrua
et efficacem, Ergo cum haec sit necessaria ad conuer-
sionem non erit in potestate nostra conuerti neq; nobis
imputari poterit quod non cooperemur uocationi. ~
Rursus incidimus in alteram difficultatem quam su-
periori etiam sententiae obijcimus scilicet hanc gra-
tiam hoc modo efficacem esse necessariam, ad actus
ordinis naturalis praesertim ad bonos quia etiam ad
illos indiget homo excitatione per cogitationem sanctam
et congruam

219
356

Et congruam à Deo præuisam et prouisam. Ex hoc autem ulterius fit non posse probari ex his locis scripturae necessitatem gratiæ et auxiliij Superioris ordinis neque etiam posse probari dari actus supernaturales atque ita incidimus in illud inconueniens quæ contra Superiorem sententiam inferebamus. ~

Respondetur ex Augustino negando simpliciter priorem illationem, nam ex illa differentia non sequitur Deum eligisse eum quem præuidit consensurum, si eum si uocaret, ^{nam} quia concensurus erat, sed ut consentiret quæ duo sunt valde diuisa, et illud prius dicit habitudinem et rationem causa meritoria, quæ gratiæ repugnat, posterius uero dicit solum habitudinem finis quæ in ipsa gratiâ intrinsicè includitur iuxta illud. ad Ephes. 2. Creati in opere uobis bonis quæ præparauit Deus ut in eis ambulemus. quo modo enim ea præparasset, nisi præcognouisset quibus modis et auxilijs ea in nobis posset creare si uellet. Aut quomodo ea præparauit ut in eis ambulemus, nisi uolens ita uocare suos electos ut eos ad talia opera efficaciter seu infallibiliter induceret. Ut enim Augustinus ex potuit lib. de predesti. sancta. c. 10. illa uerba rectè intelliguntur de speciali prouidentia, quæ Deus suis electis talia opera præparauit de quibus ait idem Augustinus eodem lib. cap. 17. Eligit ergo Deus fideles sed ut sint, non quia iam futuri erant & infra, Eligendo ergo facit dicentes infide sicut heredes regni rectè quippe meriti eligere dicitur, quod ut in eis faciat eos eligit. Dixerat autem Deum hoc facere

915
in electis per vocationem efficaciam qualis amobis de-
clarata est. Nulla ergo est ratio talis vocationis ex se
homini qui vocatur quia licet sit consenturus, si vocet
tamen conditionalis nihil ponit inesse neque re ipsa est
aliquid facturum ob quod praemium mereat, donec
Deus illum vocet, ut consentiat, quod sola sua libe-
ralitate et in tempore facit. et ab eterno facere decrevit
Et vel maxime quod de illo etiam homine quem Deus
non vocat congrua et efficaci vocatione praenouit, quod
si alio tempore, vel alio modo illum vocaret, consenti-
ret, et tamen, noluit ita vocare quod de Pharaone
notauit Augustinus lib. 1. ad simplicianum q. 2. igitur
haec discretio fuit ex sola voluntate Dei —

Nec uero hinc fit non esse impotentate hominis habere
vocationem efficaciam quia impotentate eius est facere et
operari cum ea vocatione quam habet, quod si faciat
et velit illa erit in eo efficax. & similiter, si id facturum
esset id Deus prauidisset, et consequenter talem voca-
tionem prauidisset ut congruam et ut efficaciam moralit
respectu talis voluntatis. Itaque haec efficacitas et congruitas
non est sine respectu ad usum liberum ipsius voluntatis
in quo maxime differt a Physica praedeterminatione, et
ideo licet defacto vocatio non sit futura efficax, nihil-
ominus est uere sufficiens ut cum illa possit operari
voluntas, ideoque ex illius defectu prouenit quod in se
non sit efficax, nam absolute possit voluntas di-
uina gratia ad iuta facere ut nulla vocatio sit in ea irrita
et sine effectu —

6 Denique minime incedimus in eam difficultatem, quod
ea, quae de necessitate gratiae in scriptura dicuntur
in actibus

65


66


220
357

in actibus bonis naturalibus locum habeant. Ne-
gamus enim hoc sequi primo quidem quoniam actus
boni naturalis ordinis ex se non sunt a quo intenti ac
prestiti efficiunt a Deo sicut supernaturales actus
Secundo quia non requirunt specialem excitationem
vel motionem quae soli Deo tribuenda sit, sed ex
generali providentia et concursu debito causae secun-
dae sufficienter provenire potest ea cogitatio bona quae
ad actum bonum naturalem est necessaria quae
res fusiús tractata est a nobis lib. 5. cap. 14. n. 17

67 Superat non nihil dicendum de scientia illa quam
conditionatam appellant, quoniam ut necessarium fun-
damentum a nobis supponitur, ad declarandam
efficacem vocationem et totum divinae praedestinationis
mysterium, cum tamen non omnes Catholici illam
scientiam in Deo admittant, sed huius veritatis
de monstratio, longiorem postulat disputationem
quam in alio opere copiose tractatam de dimisimus. Nunc
autem satis sit veritatem hanc ferè esse expressam
in scriptura in qua multas similes veritates contin-
gentes futuras tantum sub conditione, Deus revela-
vit quo facere non potuisset, nisi illas certo novisset
neque enim ea quae revelat Deus incerta esse possunt
Satis enim nobis quod ferè omnes Patres hanc scien-
tiam Deo attribuant multa quoque ex illa operari docent
Satis denique sit quod cum maioris sit perfectionis
Deo de neganda non est, et qui eam in Deo esse
negaverunt, probare tenentur esse impossibilem aut
imperfectionem involvere quod cum facere nequeant

633
Ut facile ostendi posset illorum argumenta
soluendo, reliquit apud omnes de Deo & de
fide recte sentientes indubitatum esse, debere Deum
haec scientia non carere. ¶





5

Handwritten text in a cursive script, likely a name or title, which is significantly faded and partially obscured by dark stains and paper damage. The text appears to be written in brown ink on aged, yellowish paper.

No. Pair
A-HH